


*frat' S. mo' Salaudy exca' da*



DILECTIS FILIIS,  
UNIVERSITATIS  
CERVARIENSIS  
PROFESSORIBVS.

CLEMENS P.P. XII.



Ilecti Filij Salutem, & Apostolicam Benedictionem : Paternæ nostræ benignitatis erga insignem Vniversitatem istam collata beneficia vos demissis grati animi sensibus ex-  
B cepi-


cepisse in obsequentiis vestrīs literis  
perspeximus. Itaque magnoperè gratula-  
mur , vos enīt , ut longē inter cæteras  
vestrīs laudes observantia erga Nos , &  
hanc Sanctam Sedem planè filialis emi-  
neat ; atque , ut Apostolicæ beneficentiae  
mīnēra Religionis potissimum , & pietati-  
tis officijs recolatis. Minimè autem du-  
bitamus , quin studiosæ in vos Nostræ vo-  
luntatis argumenta non minus vobis  
optimarum simul artium , & Christiana-  
rum virtutum Professoribus , quām succeſ-  
foribus etiam vestrīs incitamento futura-  
sint , ut novis in dies eruditionis , &  
doctrinæ , atque obsequij vestrī erga ean-  
dem Sanctam Sedem incrementis Vniver-  
sitas ista augeatur , & inclareſcat. Interea  
Omnipotentem Deum , bonorum omnium  
datorem supplices poscimus , ut pro vo-  
tis nostris , ad publicæ disciplinæ utilita-  
tem assiduis , pijs que laboribus vestrīs cœ-  
lestem opem largiatur ; cuius auspicem  
esse cupimus Apostolicam Benedictionem ,  
quam

quam vobis , Dilecti Filij , per amanter  
impertimur.

Datum Romæ , apud Sanctam Mariam  
Maiorem sub Annulo Piscatoris . Die  
XXVII. Septembris M.DCC.XXXII.Pon-  
tificatus Nostri anno tertio.

*Carolus Archiepiscopus  
Emissenus.*





EMINENTISSIMO  
AC  
REVERENDISSIMOD.  
CORNELIO BENTIVOLO DE ARAGONIA  
S. R. E. Cardinali.

EMINENTISSIME DOMINE.



Vantum gaudij concepimus  
ex Pontificio diplomate, cu-  
jus exemplar Typis Vaticanis  
TE accurante elegantissimè  
excusum , & Matriti fide  
publicâ roboratum , ab hujuscē Vniver-  
si-



sitatis Protectore nuper transmissum accepimus , differente in oportuniorem occasionem authenticum ipsum transmittere: tantum etiam EMINENTISSIME DOMINE , erga TE amoris , & observantiae excitavit grata recordatio. Agnovimus siquidem TE Serenissimi , verèque Catholici Regis nostri PHILIPPI V. Oratoris partes strenuissimè agentem à Sanctissimo Domino CLEMENTE XII. Pontifice Maximo ad hujusce Vniversitatis, ab eodem Rege nostro munificentissimè erector, ornamentum , non modo ea impetrasse quæ celebriores quæque Europæ Academiz summi beneficij locò esse duxerunt ab aliis Pontificibus accepisse ; verum etiam peculiares quasdam prerogativas , quibus præ cæteris hæc nostra Vniversitas illustratur. Itaque quò plus in difficultibus rebus assequendis , & quas vix sperare audebamus , Tua desudavit industria; tanto etiam arctius TIBI nostram obstrinxit gratitudinem. Habemus igitur gratias

tias quantas possumus, & si nostra tenuitas,  
 aut Tua conditio pateretur etiam referre-  
 mus. Quod possumus, EMINENTISSI-  
 ME PRINCEPS, accepti beneficij me-  
 mores TE perpetuo colemus, quantum-  
 que TIBI debeamus, & fatebimur, &  
 prædicabimus. Scient posteri nobis palam  
 profitentibus innumerabiles difficultates,  
 quæ tanta privilegia remorabatur, Tua  
 prudentia, consilioque fuisse superatas: Tua  
 diligentia fracta repagula, quæ vel rei ip-  
 sis magnitudo, vel adversantium æmula-  
 tio concessioni objiciebat: Cumque Ca-  
 talaunum istud Gymnasium, sapientiæ  
 domicilium, bonatumque Artium empo-  
 rium videbunt florentissimum, (videbunt  
 autem Deo Optimo Maximo spem, quam  
 tecum fovemus, firmante,) simul eximia  
 officia Tua in eo exornando, amplifican-  
 doque nobiscum commemorabunt, & sum-  
 mis laudibus extollent. Reliquum est EMI-  
 NENTISSIME CARDINALIS, ut quæ,  
 TE annitente, hæc Universitas Literaria à

Pon-

Pontifícia largitate beneficia accepit, TE  
assertore rata, ac firma perstent in poter-  
rum. Tuarum profectò partium, imo &  
honoris esse videtur privilegia parva tueri:  
de quo minime TE admoneremus, nisi  
essent qui Apostolicis concessionibus Tua  
diligentia quæsitis litem meditarentur in-  
ferre, aut quod verius est jam intulissent.  
Nos tamen tūm Summi Pontificis ad maxi-  
ma quæque nati, ac præcipue ad rem li-  
terariam juvandam, promovendamque  
constant, ac verè heroico animo confisi,  
tūm Tuā freti in hanc Vniversitatem egre-  
giis factis declaratà propensione, & in ar-  
duis rebus gerendis prudentiā securi ad-  
modum, omnique prorsus vacui formidi-  
ne conquiescimus. Vale CARDINALIS  
EMINENTISSIME, & hanc Vniversita-  
tem, ut cœpisti, ornare perge, quod  
ut feliciter, & diu facere possis, fau-  
tam longevamque TIBI vitam ex animo  
appreciamur.

Datum Cervariæ ex nostro Academicō  
Sena-

**T**VA judicio suo comprobaverit. Itaque de bonâ istâ mente, & piâ erga Academiam hanc benevolentia gratias quâm maximas possumus **TIBI** referimus, Tuamque memoriam in animis nostris numquam extinctum iri pollicemur. **TV** interim, **PRINCEPS EMINENTISSIME**, quandoquidem hoc jam humanitati Tuæ tribuisti, ut penè infantem hanc scientiarum sedem dignam existimares, quæ tam vberè prærogativarum cumulo propè ad aliarum invidiam decoraretur; tribue etiam hoc Tuæ constantiæ, ut in eo, quem **TIBI** debet, decore tuearis, ac foveas. Nos verò, quod reliquum est ad grati animi significacionem, Deum optimum Maximum votis omnibus exoramus, ut **EMINENTIAM TVAM**, cui omnia fausta precamur, & fortunata, quâm diutissimè servet incolumem.

Datum Cervariæ ex nostro Academicō Se-

26

natu IV. Kal. Julias An. Christiano.  
M.DCC.XXXI.

EMINENT<sup>me</sup>. ET REV<sup>me</sup>. DOMINE,

EMINENTIÆ TVÆ

Addictissimi, & obsequentissimi

*D. Franc. de Meca Cancel. inter.*

*Dr. Iosephus Finestres I. Civ.  
Vespert. Antecess.*


*Dr. Antonius Romen Inst. Inst.  
Profess.*

*Dr. Michael Conill Soc. Iesu.  
Phil. Profess.*

*Dr. Augustinus Corts Prognost.  
Profess.*

De mandato Senatus Academicí  
*Dr. Antonius Ganyet, & Giscafre Secr.*

EJVS-



EIVSDEM  
EMINENTISSIMI D.  
RESPONSIO.

VIVA IESVS.



Ecivo con mi mayor aprecio  
la estimadissima de V. S. y  
con igual consolacion de que  
la aya sido grata la Bula de  
las gracias, que la Santa Se-  
de ha concedido, à peticion de su Mageſ-

D<sub>2</sub>

tad,

tad, à Universidad tan Illustre, y aquellos cortos oficios , que por mi parte yo he procurado contribuir à esse fin tan deseado de su Magestad , ayudando al Señor Dean de Gerona Diputado de V. S. que con gran zelo ha solicitado esta dependencia. Y puede V. S. estar asegurado, que en quanto se le ofrezca en esta Corte, que pueda ceder à su mayor decoro, y lustre, la servire con muchissimo gusto , por lo que debo interesarne en todo lo que es mayor gloria de nuestra Nacion , y que su Magestad, que Dios guarde, tenga el gusto de ver esta Illustre Universidad en todo prosperada, como lo desea , para mayor gloria de Dios , y utilidad de esas Provincias. Y ruego à Nuestro Señor conserve à V. S. muchos años en su santa gracia.


Roma 18 de Agosto de 1731.

B.L.M. de V.S. su mayor Sdor.

L. Cardenal Belluga.

Sr. Rector, è Ille. Univ. de Cervera

EMI-



EMINENTISSIMO,

A C

REVERENDISSIMO D.

L VDOVICO PICO, S. R. E.

*Cardinali.*

EMINENTISSIME DOMINE,



Ratitudinis nostræ testimoniū aliquod , pro Tuis in  
hanc Cervariensem, Univer-  
sitatem exhibitis officiis jam  
diu est, EMINENTISSIME  
CARDINALIS quod TIBI debebamus.

Cum

Cum verò tantisper illud deferretur, dum  
res Vniversitatis apud Apostolicam Se-  
dem tractandæ ex animi sententia cede-  
rent; ecce nunc, quasi ex publicis tabu-  
lis, sic urgemur; ut jam nobis nec inte-  
grum sit, nec honestum debitum ulterius  
procrastinari. Publicas tabulas dicimus  
Pontificium diploma, cuius exemplar Ty-  
pis Vaticanis excusum, & publicâ fide mu-  
nitum Matriti nuper ab hujusce Acade-  
miae Protectore ad nos transmisum est, mi-  
suro authenticum ipsum, cum oportu-  
niorem nactus etit occasionem. Ex eo si.  
quidem Apostolico diplomate bona fi-  
de agnoscimus, quotquot à Pontifice Ma-  
ximo CLEMENTE XII. privilegia huic  
Vniversitati liberaliter erogata fuere, quæ  
quidem & multa sunt, & maxima, ea  
Tuo Consilio, & suasioni accepto feren-  
da esse: quippe qui cum Eminentissimo  
Cardinali LVDOVICO BELLVGA, ad  
illa examinanda delectus à Pontifice  
Maximo, eidem auctor fuisti, & impul-  
sor,

Sala. 29 Octobre 28 1738  
Salv. G. Giacinto 28 1738  
Encl. Collegio maior El Escorial  
Abbas magis. el 8. 10. 1738

for ; ut ipsorum concessione Vniversitatem nostram honestaret , muniret , & ad summum gloriæ culmen eveherer . Verum quid aliud sperare poteramus à viro , in cuius domo , & Familia Sapientia , & doctrina quasi hereditario jure ad posteros transmittuntur , nisi quod ad scientias , bonasque artes promovendas in primis pertinere æquis rerum æstimatoribus semper visum est , quæ honoribus præmijisque , veluti proprio alimento , crescunt , vigent , florent ; illis destitutæ marcescunt , & intereunt ? TIBI ergo , EMINENTISSIME PRINCEPS , debet Academia ista vitam non qualemqualem , sed robustam , sed diuturnam . Quo nomine quantum TIBI obstrictæ sint literæ , dum in isto scientiarum emporio florebunt , ipsæ prædicabunt . Nos vero TIBI ex eadem caussa tanto , tamque præstanti beneficio ita devinxisti , ut quantum debemus animo quidem concipere , verbis amen facile explicare non valeamus . Gra-

tiam

tiam habemus quantum possumus maximam , in qua referenda segnes minime erimus , si fide , benevolentia , cultu , & observantia nostra ( nam quid à nobis aliud exigere potest conditio Tua?) gratiæ relatio contenta est. Summum verò præmium TITI erit , CARDINALIS OPTIME , virtus ipsa , & ex ea proveniens perennis gloria: Cui , cum omnes nos ex animo studemus , si quid acciderit , quo tenuitate nostra illa augeri possit , non committemus , ut noctram operam requiras. Vale EMINENTISSIME CARDINALIS , & quando tuo Consilio , & hortatione sanctæ sunt nostræ Academiæ Leges , & singulares prærogativæ , easdem prudentia , & auctoritate Tua adversus eos , qui quid de illis detraictum cupiunt , & moliuntur , sartas tectas custodi. D.O. M. TE , EMINENTISSIME CARDINALIS , quam diutissimè sospitem , fœlicemque servet communi Rei Christianæ , & literariæ bono.

Da-

33

Datum Cervariæ ex Collegio nostro  
Academico. IV. Kal. Julias M. DCC. XXXI.

EMINENTISSIME DOMINE,

EMINENTIAE TVÆ

Addictissimi, & ob sequentissimi.

*D. Franc. de Meca Cancel. inter.*

*Dr. Iosephus Finesfres I. Civ.  
Vespert. Antecess.*

*Dr. Antonius Romen Inst. Inst.  
Profess.*

*Dr. Michaël Conill Soc. Iesu  
Phil. Profess.*

*Dr. Augustinus Corts Prognost.  
Profess.*

De mandato Senatus Academicus

*Dr. Antonius Ganyet, & Giscafrè Secr.*

E

EIVS-

162  
erlos oñ. No. 2. 162. 162.  
162. 162. 162. 162.

162. 162. 162. 162.

162. 162. 162.

162. 162. 162.

162. 162. 162.

162. 162. 162.

162. 162. 162.

162. 162. 162.

162.

162.



EMINENTISSIMO,  
AC  
REVERENDISSIMOD.  
PROSPERO DE LAMBERTINIS  
S. R. E. Cardinali.

EMINENTISSIME DOMINE.



VM beneficiorum, quæ offi-  
ciis Tuis debet hæc Cerva-  
riensis Vniversitas, ea sit  
magnitudo, ut nihil um-  
quam majus, nihil glorio-  
sius ipsi accidere possit, piaculum esset  
gra-

gratitudinem nostram intra pectus conti-  
nere, ac non potius TIBI EMINENTIS-  
SIME PRINCEPS, qualequale de illa tes-  
timonium palam exhibere. Scimus enim  
Summum Pontificem Consilio, judicioque  
Tuo adductum fuisse, ut hanc Vniversitatē  
non modo probaret, sed eximiis insuper  
Privilegijs, & praerogativis ad aliarum pe-  
nē invidiam decoraret; cum TV inter  
Purpuratos, quibus examen, discussioque  
eorum, quæ petebantur, demandata fue-  
rat, cum suffragii jure adsideres à secre-  
tis. Quare non ex sola beneficij accepti  
magnitudine officium Tuum aestimamus:  
est quiddam huic Literariæ Reipublicæ ho-  
norifcientius tanti viri judicio dignam  
habitam fuisse quæ tam multis, tamque ex-  
quisitis gratijs honestaretur. Profectò ubi  
beneficia ab amore, veluti ex fonte, pro-  
fluunt, magni quidem illa sunt facienda:  
verum ubi benevolentia suaviter impellen-  
te, simulque judicio maturè pensante ho-  
nores exhibentur; tunc certè nihil ultra  
pre-

facere possis , longævam , florentemque  
**TIBI** ætatem ex animo apprecamur.

Datum Cervariæ ex nostro Academicō  
 Senatu. XV. Kal. Novembris anni Domini M. DCC. XXXI.

**EMINENT<sup>ne.</sup> ET REV<sup>me.</sup> DOMINE,**

**EMINENTIÆ TVÆ**

Addictissimi, & obsequentissimi

*D. Franc. de Meca Cancel. inter.*

*Dr. Iosephus Finestres I. Civ.*

*Vespert. Antecess.*

*Dr. Antonius Romeu Inst. Iust.*

*Profess.*

*Dr. Michaël Conill Soc. Iesu:*

*Phil. Profess.*

*Dr. Augustinus Corts Prognost.*

*Profess.*

De mandato Senatus Academicī

*Dr. Antonius Ganyet, & Giscafrè Secr.*





# EIVSDEM EMINENTISSIMI DI RESPONSIO.

ILLVSTRISSIMI DOMINI.



Estras recepi literas scriptas  
XV. Kal. Novembris, quibus  
mihi gratias agere dignati  
sunt de mea qualicumque  
opera prestitâ in negotio  
Constitutionum, & Privilegiorum vestræ

Cer-

Cervariensis Academiæ. Porrò rem ali-  
ter se habere existimabam; putabam quip-  
pe non vos mihi , sed mè vobis gratias  
agere debere , quod inter plures electus  
fuerim , qui rei adeò spectabili manum  
admoverem ; cum Itaque humanitatis ves-  
træ sit debitum agnoscere , vbi non est,  
& non agnoscere ubi est ; id profecto fa-  
cit , ut vobis corde , ne dum verbis sim  
addictissimus; Quo circa scitote me,& Aca-  
demiam vestram,& in Academia Magistros,  
& Discipulos, quotquot estis, sincerissimo  
prossequi amore , & dum eorum , qui mihi  
literas dederunt manus deosculor , sum

Bononia Nonis Decembris 1731.

D.D. VVrum. IIIrum.

Servus Verus.

P. Cardinalis de Lambertini.